UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis Presbyteri, Scripturæ Selectæ

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Ad Laudem Authoris, In Eius Observationes Ad Christidomini Passionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Visual Library

AD LAUDEM AUTHORIS, IN EIUS OBSERVATIONES AD CHRISTI DOMINI PASSIONEM.

LUCÆ ANTONII BALTHASARRII, Montavienſis.

ANAGRAMMA.

IOSEPHVS SPERANTIA.
ORPHEVS PÆANA SITIS.

EPIGRAMMA.

UT tumidum Pythona ferit pharetratus Apollo,
Otia poſt tacitas qui perimebat aquas;
Orpheus en Pæana canit, tollitque Parentis
Inclita geſta ſui ſydera ad uſque poli.
Lethiferum Chriſtus necat anguem verus Apollo.
Otia qui primus rupit in orbe virûm.
En Chriſtum laudas Victorem, atque omniparentem:
En PÆANA SITIS ORHEVS ipſe novus.

Ejuſdem Anagramma.

JOSEPHUS SPERANZA FANENSIS.
FERIAS JESU PÆNAS INSONAS.

DIALOGISMVS.

IESV quæ PIVS INSONAS per orbem
PAENAS voce FERAS? Vt ipſe Cycnus,
Cùm fati ſibi cantat ore finem.

Ejuſdem Dialogiſmus.

SPes viridis, veſtem florum redimita corona,
Vbera dat charo: quis tibi charus? Amor.
Spes SPERANZA viret, quem floribus aſtra coronant,
Chriſtus Amor: quid pro lacte dat is? lacrymas.

Ejuſdem

Ejuſdem Anagramma.

JOSEPH SPERANTIUS FANENSIS.
FONS PASSI ÆTHEREI SANGVINIS

EPIGRAMMA.

SANGVINIS AETHEREI FONS PASSI proluat omnẽ
Terram, dum Ioſeph nobile pandit iter.
Hic lacrymis frangit montes, ut Pœnus aceto;
Atterit hic lapides, conterit hic ſcopulos.
Nulla negant fonti jam curſus ſaxa, nec ullus
Huic obſtat ſcopulus, nullus in Orbe lapis.
O mirum! Chriſti quæ non ſunt fracta cruore,
Frangere jam lacrymis nunc potuère Viri.

Ejuſdem Epigramma.

CErnere ſpes nullo jam ſperet temporis Orbe
Aurum, vel gemmas, queis nitet iſte liber.
Omnia theſauro ſunt hæc deprompta Tonantis,
Has hominum gemmas non dat avara manus.
Eſt opus hoc ſacrum nullo poſt tempore viſum.
Vltima SPERANZAE munera parta manu.

FRANCISCI MARIÆ SABBATHINI, FANENSIS.

Anagramma.

JOSEPH SPERANZA.
NAZAREI HOSPES.

EPIGRAMMA.

DIſcite, mortales, queis immortalia ſiunt
Pectora, & æternus percolit aſtra animus.
Hæc docuit Chriſtus Ioſephum cælica: nanque
NAZAREI HOSPES ſemper in Orbe fuit.

PYRRHI GHERARDI, MONTIS BODIENSIS,

THEMA.
JESU NAZAREI SOPHUS

Anagramma.

UNUS JOSEPH SPERANZA.

Epigramma.

MVltùm cognovit, multùm dilexit IOSEPH:
Hinc SPERANZA Dei munus utrunque refert.

VNVS, qui verè dum Chriſti pingat amorem,
Apparet Chriſti doctus amantis Amor.

FRANCISCI GHERARDI,
MONTIS BODII,

Anagramma.

JOSEPHUS SPERANTIA.
SATIS ORPHEVS ES FANI

EPIGRAMMA.

B*Landa voce feras, ſylvas, lapideſque trahebat*
Orpheus, ac duri pectora multa viri.
ORPHEVS ipſe SATIS FANI ES, dum marmore corda
Indurata, viros marmoreoſque trahis.

LUDOVICI GHERARDI,
E MONTE BODIO.

EPIGRAMMA.

N*On Fortuna tuos, ſed Virtus auget honores,*
Quos vehit ad ſuperos inclyta fama polos.
Hinc Augumentum ritè appellaris, IOSEPH,
Tempore quod nullo temporis ora terant.

Anagramma.
JOSEPH SPERANZA.
ES ZONA SPHERICA.

DISTICHON.

S*PHERICA ZONA POLI ES, quam verus luſtrat Apollo:*
Hinc tibi tot ſemper lumina clara micant.

SIMONIS BRISIGHELLII,
BODIENSIS.

Anagramma.

JOSEPHUS SPERANTIA.
SANCTÆ SOPHIÆ RADIUS.

DISTICHON.

Q*Vid mirum, doctæ ſi fulgent lumine chartæ,*
SI RADIVS SANCTÆ fulgidus es SOPHIÆ.

JOAN. BAPTISTÆ BRISIGHELLII, BODIENSIS.

Anagramma.

IOSEPHVS SPERANTIVS.
IS VNVS EST E SERAPHIM.

DISTICHON.

C*Ælica ſi candens, ſi ignitus ſcribit IOSEPH.*
Quid mirum? EST nobis VNVS IS E SERAPHIM.

APPRO-